

Cambridge University Press

978-1-108-04295-6 - Giraldi Cambrensis Opera: Topographia Hibernica, et Expugnatio  
Hibernica: Volume 5

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

**GIRALDI CAMBRENSIS  
TOPOGRAPHIA HIBERNICA.**

15892.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04295-6 - Giraldi Cambrensis Opera: Topographia Hibernica, et Expugnatio  
Hibernica: Volume 5

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-04295-6 - Giraldi Cambrensis Opera: Topographia Hibernica, et Expugnatio  
Hibernica: Volume 5

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

# GIRALDI CAMBRENSIS

## TOPOGRAPHIA HIBERNICA.

---

[LIBER<sup>1</sup> GIRALDI CAMBRENSIS DE MIRABILIBUS HIBERNIÆ.]

INTROITUS<sup>2</sup> IN RECITATIONEM.

i.

CONSIDERANTI mihi quam brevis et fluxa sit vita quam ducimus, eorum præclara fuisse videtur intentio, quibus, nondum patefacta vitæ via, operæ pretium fuit et curæ, egregium aliquod mundo memoriale relinquere, famamque sui perlongam facere, et momentaneam istam saltem memoria vivere posse post vitam. Unde<sup>3</sup> et in egregiis legitur poetarum libris;

“ Denique,<sup>4</sup> si quis adhuc prætendit nubila livor, Stat. Theb.  
“ Occidet; et meriti post me referentur honores.” xii. 818.

<sup>1</sup> *Liber, &c.*] This rubrical heading in Bb. only.

<sup>2</sup> *Introitus, &c.*] C. Bb. A. R. B. F. Ba.; *Præfatio prima in Hiberniam Topographiam*, Cl. Rb. This Introit is in none of the MSS. of the first edition, M. H. P.; though it would seem to have received its name from having been introductory to the public recitation of the Topography at Oxford by Giraldus, as

soon as the work was written. The first Preface, however, of the *Expugnatio* is in like manner called “*Introitus in recitationem*,” though this work was not, like the Topography, publicly recited.

<sup>3</sup> *Unde et . . . præsagia vivam*] Not in W. Bb.; in margin of C.; in text of A. R. B., &c.

<sup>4</sup> Instead of “*Denique*” Statius has “*Mox tibi*.”

Cambridge University Press

978-1-108-04295-6 - Giraldi Cambrensis Opera: Topographia Hibernica, et Expugnatio  
Hibernica: Volume 5

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

Et alibi ;

- Ov. Met. xv. 877.     “ Quaque patet domitis Romana potentia terris,  
“ Ore legar populi ; perque omnia secula fama,  
“ Si quid habent veri vatum præsagia, vivam.”

The rewards of  
princes the  
second.     Hæc summis auctoribus prima fuit et præcipua  
scribendi occasio. Altera vero, nec merito minus quam  
numero secunda, nobilium principum tam remuneratio  
quam exhortatio. Honores enim artes nutrire solent ;

- Juv. vii. 69.     “ Nam si Virgilio puer, et tolerabile desit  
“ Hospitium, caderent omnes a crinibus hydræ.”

Item ;

- Juv. vii. 64.     “ Quis locus ingenio, nisi cum se carmine solo  
“ Vexant, et dominis Cirræ Nisæque feruntur  
“ Pectora nostra, duas non admittentia curas ?”

Prov. xxx. 8.     Philosophia tamen, tam mediocritatis amica quam  
modestiæ, nec opulentia gaudens, nec inopiam admit-  
tens, in Salomone clamasse videtur ; “ Divitias et  
“ paupertates ne mihi dederis, Deus ; sed tantum  
“ necessaria.” Licit enim mediocribus esse poetis non  
liceat, quoniam

- Hor. A. P. 373.     “ Non dii, non homines, non concessere columnæ,”

mediocris tamen competit eis, etsi non scientia, suffi-  
cientia.

The latter  
reason for  
writing no  
longer in  
existence.  
No learned  
princes,  
and no  
honours to  
be won.

Cessante igitur olim occasione scribendi hac ultima,  
cessare cœperunt et poemata. Nec tamen omnino vel  
poesis abolita, vel absunta est philosophia ; nec rerum  
inclite gestarum memorabilis auctoritas obsolevit. Non  
enim desunt literæ, sed principes literati ; non desunt  
artes, sed artium honores. Nec hodie destitissent  
scriptores optimi, si non desiissent imperatores electi.  
Da igitur Pirrum ; dabis Homerum. Da Pompeium ;  
dabis et Tullium. Da Gaium, et Augustum ; Virgi-  
lium quoque dabis et Flaccum.

Cambridge University Press

978-1-108-04295-6 - Giraldi Cambrensis Opera: Topographia Hibernica, et Expugnatio Hibernica: Volume 5

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

## INTROITUS.

5

Ceterum, quamvis defectu principum cesseret in nobis The first  
 causa secunda, scribere nos tamen prior illa præmonet reason a  
 et potissima. Hoc etiam animositatis tam scintillam sufficient  
 adjicere, quam et innatum ignem inflammare potest; incentive to  
 quod tantis auctoribus et tot innitentes, eorumque  
 tanquam humeris incidentes, multiplicatæ majestatis  
 beneficio magni fieri possumus, si magnanimi. Nobiles  
 nimirum ausus nihil æque impedit ut diffidentia; omnis  
 appetendi conatus perit, ex desperatione consequendi.  
 Latet ob hoc sub otio laudabilis plerumque virtus et  
 eruditio: et dum se probandi<sup>1</sup> formidat exercitium,  
 occulta manet<sup>2</sup> lux tota meritorum. Hinc accidit ut  
 scientissimi plerique se nesciendo senescant; et dum  
 vires ingenii non experiuntur igne animi vacui, veluti  
 pecora pereunt, et nomen eorum non memorabitur ultra.

1 b.

Unde et quoniam

“ Paulum sepultæ distat inertiae

Hor. 4 Od.  
ix. 29.

“ Celata virtus ;”

Virg. Æn.  
iv. 13.

“ Degeneres animos timor arguit ;”

Hor. 1 Ep.  
ii. 40.

“ Dimidium facti, qui cœpit, habet ;”

Virg. Æn.  
x. 284.

“ Audaces fortuna juvat ;”

scribere proposui; et lividorum malitia ridiculous censori, potius quam bonorum arbitrio meticulous elegi. Illo quoque Ciceronis exemplo retardari non potui: “ Ea,” inquit, “ re poemata non scribo, quia qualia “ volo non possum, qualia possum nolo.” Mihi enimvero ea mens est, et in hanc partem tam vehemens;

“ Cum neque chorda sonum reddat, quem vult Hor. A. P.  
348 & 350.

“ manus et mens ;”

“ Nec semper feriat<sup>3</sup> quodcunque minabitur arcus ;”

si qualia volo non possum, qualia possum volo.

Præsumptuosus itaque dicar, an providus? Qui tantis lueurbationibus elaborandum mihi onus arripui,

<sup>1</sup> *se probandi*] C. A. R. B., &c. ; reprobandi, W. Bb.<sup>2</sup> *manet*] C. A. R. B. &c. ; est, W. Bb.<sup>3</sup> *feriat*] C. Bb. A. B., &c. ; feriet, R. F. In *Horace* the sentence stands, “Nam neque . . . reddit,” and “feriet.”

Cambridge University Press

978-1-108-04295-6 - Giraldi Cambrensis Opera: Topographia Hibernica, et Expugnatio  
Hibernica: Volume 5

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

6

## TOPOGRAPHIA HIBERNICA.

ut invidiam in vita, gloriā forte post fata compa-  
rarem.

Talia siquidem mihi dudum proponenti, diuque in  
He chooses animo anxie volventi, vix tandem angulus unus, quasi  
Ireland for his subject; ab aliis relictus, terrarum scilicet finis Hibernicus  
orbis occurrit; nec ille omnino intactus; nullius tamen  
hactenus stilo absolute comprehensus.

though an  
unpromis-  
ing one. Sed ab Hibernia potestne aliquid boni esse? Num-  
quid montes illi stillabunt dulcedinem, et valles fluent  
mel et lac? Sugamus ergo mel de petra, et oleum  
de saxo: et faciamus quod oratores facere solent.  
Quibus in admirabili genere causæ acuenda præcipue  
sunt arma facundiæ, ut exilitatem materiæ gravior  
stilus attollat,

Lucan,  
Phars. vii.  
67. “Et ferat<sup>1</sup> invalidæ robur facundia causæ.”

Quibus et ad hoc propensius entendum, ut in quo  
non prævalent esse fecundi, fieri valeant vel facundi;  
ut in quo parum potuit ratio, plurimum posse videa-  
tur oratio. Hæc est enim virtus, hic vigor eloquentiæ,  
ut nihil<sup>2</sup> tam exile quod non extollat, nihil tam  
plenum cui non adjiciat, nihil tam obscurum quod non  
illuminet, nihil tam clarum quod non illustret.  
Cic. Para-  
dox., Pro-  
emium. Quia, ut ait magnus ille prætextatus in *Paradoxis*,  
“Nihil tam incredibile, quod non dicendo probabile  
“fiat; nihil tam horridum et tam incultum, quod non  
“splendescat oratione, et tanquam excolatur.”

Verumtamen eruditis auribus, summæque eloquentiæ  
viris, et minus medullata sententiis oratio, et jejuna  
verborum macies quæ propinabit? Supervacaneum  
enim est, et omnino superfluum, tam inter eloquentes  
arida, quam inter scientes usitata proferre. Quam  
igitur vocem inter olores canoros clamorous anser emit-  
tet? Nova namque palam, an nota proponet? Fre-  
quentata et trita fastidium generant; auctoritatem

---

<sup>1</sup> Instead of “Et ferat” Lucan | <sup>2</sup> nihil] C. Bb. A., &c. nil, R.  
has “Addidit.” | B. F.

Cambridge University Press

978-1-108-04295-6 - Giraldi Cambrensis Opera: Topographia Hibernica, et Expugnatio  
Hibernica: Volume 5

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

## INTROITUS.

7

nova non habent. Quoniam, ut ait Plinius,<sup>1</sup> “Ardua  
“ res est vetustis novitatem dare, novis auctoritatem,  
“ obsoletis nitorem, fastiditis gratiam, obscuris lucem,  
“ et dubiis fidem, et omnibus naturam.”

Aggregiar tamen utcunque novis quibusdam, et quæ  
vel nullis hactenus edita sunt, vel perpaucis enucleata,  
lectoris animum excitare; expressamque Hiberniæ to-  
pographiam hoc opusculo quasi speculo quodam dilucido  
repræsentare, et cunctis in commune palam facere.

Terrarum enimvero remotissimarum tam qualitates  
quam situs saltem a longe speculari, et abditas ab  
antiquo proprietates evolvere; rerumque omnium fere,  
quas vel mundo majori ad ornatum, vel minori ad  
usum natura produxit, tam naturas quam defectus  
enodare; necnon et nature ipsius excursus tam stu-  
pendos explicare; variarumque gentium originalem a  
puncto lineam ducere; hominumque mores nosse mul-  
torum; et quoniam tarda et infirma est terra quam  
gerimus, parte nostri<sup>2</sup> meliore mundum universum,  
mundique causas vel mente percurrere, et omnia in  
promptu habere, studiosis animis non ultima laus est.

2.

Est itaque trimembris operis hujus partitio. Prima Plan of  
continet de situ Hiberniæ, localique ipsius cum majore  
Britannia proportione; de qualitate terræ et inæquali-  
tate, et proprietatibus ejusdem variis; de piscibus et  
avibus, situ potius quam ortu distantibūs; de feris et  
vermibus, singulorumque tam naturis quam defectibus,  
et venenosis omnibus hic deficientibus; de orientis  
quoque et occidentis collatione, et occidentalium non  
immerito prælatione; sicut distincte præscripta decla-  
rant capitula. Secunda vero prodigiosa naturæ ludentis  
exprimit opera; nec tantum<sup>3</sup> in hac regione reperta,  
sed et alia quælibet, dum tamen his fuerint unde-  
cunque concordia. Depromit etiam virtutibus inclita,

<sup>1</sup> In preface to his *Natural History*. Not quoted exactly.

<sup>2</sup> *nostri*] Bb. A. R. B. F. Ba. Cl., &c.; *nostra*, C. T.

<sup>3</sup> *nec tantum . . . concordia*] Not in W. Bb.

Cambridge University Press

978-1-108-04295-6 - Giraldi Cambrensis Opera: Topographia Hibernica, et Expugnatio  
Hibernica: Volume 5

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

egregiis quoque et inauditis a seculo declarata miraculis sanctorum præconia. Tertia quidem de primis terræ istius incolis, singulisque seriatim diversarum nationum tam adventibus quam defectibus; de gentis Hibernicæ, quæ usque hodie insulam inhabitat,<sup>1</sup> naturis et moribus; ejusdemque per advenas expugnationibus. Totam denique gentis hujus, usque ad nostra jam tempora, memoratu dignam producit historiam.

But small aid from Irish writings.

In duabus primis nullam prorsus ex scriptis Hibernicis evidentiam, nullum penitus inveni, præter ipsam inquisitionis diligentiam, extrinseci juvaminis adminiculum. In tertia sola, de habitatoribus insulæ, et gentium origine, aliquam ex eorum chronicis contraxi notitiam. Verumtamen ea quæ ab ipsis diffuse nimis et inordinate, magnaue ex parte superflue satis et frivole, rudi quoque et agresti stilo congesta fuerant, non absque labore plurimo, tanquam marinas inter arenas gemmas eligens et excipiens, elegantiora quæque præsenti volumine quanto compendiosius potui lucidiusque digessi.

Sed quoniam, misera humanæ imperfectionis conditione,

Hor. A.P.     “ Judicis argutum labor hic formidat acumen,”  
364.

laudem tamen mereri poterit, etsi non opus, vel operantis affectus. Amor enim studii non illaudabilis; nec illaudabile videtur, inter importunas et importabiles fere curiæ curas, aliquis respectus honesti. Laudetur itaque, mancipato servituti corpore, animus liber. Et quoniam sapientis est proprium, ab exteriore vicissim vexatione spiritus alacritate respirare, et fastidiosa quælibet alterna delectatione<sup>2</sup> distinguere, cum nihil laboriosum videri possit quod jocundum, nobile laudetur otium inter negotia multa.

<sup>1</sup> *inhabitæ*] A. R. B. F.; habi- | <sup>2</sup> *delectatione*] C. Bb. A. B., &c.;  
tat, C. Bb. Ba., &c. | delectione, R. F.

Cambridge University Press

978-1-108-04295-6 - Giraldi Cambrensis Opera: Topographia Hibernica, et Expugnatio  
Hibernica: Volume 5

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

## CAPITULA.

9

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI GIRALDI KAM-BRENSIS DE DESCRIPTIONE<sup>1</sup> HIBERNIÆ.*In tres particulæ<sup>2</sup> libellus iste distinguitur.*

- [I.]<sup>3</sup>—Prima distinctio continet de situ Hiberniæ.  
De distantia inter Hiberniam et Britanniam.  
Quam terram et quam remotam habeat ab austro.  
Quam ab aquilone, quam ab oriente, et quid ab occidente.
- [II.]—De Hispanico<sup>4</sup> mari duobus brachiis Britanniam et Hiberniam complectente.  
Qua proportione Hibernia Britanniæ respondeat in quantitate.  
De longitudine Hiberniæ et latitudine<sup>5</sup>.
- [III.]—De variis Solini, Horosii, et Hysidori, et Bedæ sententiis; quibusdam veris, quibusdam erroneis.
- [IV.]—De qualitate terræ et inæqualitate.  
Quod terra montuosa sabulosa magis quam saxosa.<sup>6</sup>
- [V.]—De glebæ fertilitate; et granis minutis, et vanni beneficio vix purgandis.

<sup>1</sup> *descriptione*] C. R. B. F.; mirabilibus, Bb. Ba. Cl. Rb.

selves *infra*, but enclose them within brackets.

<sup>2</sup> *particulas*] C. Bb. R., &c.; partes, M. The first edition, as in M. P., commences with this rubric. These *capitula* not in H. A. Bc.

<sup>4</sup> *De Hispanico . . . complectente*] Not in M.

<sup>3</sup> There is no numbering, in the MSS., to these headings. For convenience sake I add numbers, corresponding to the chapters them-

<sup>5</sup> This clause misplaced in the MSS., coming after III.

<sup>6</sup> This clause again misplaced in the MSS., coming after the first clause of VI.

Cambridge University Press

978-1-108-04295-6 - Giraldi Cambrensis Opera: Topographia Hibernica, et Expugnatio  
Hibernica: Volume 5

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

10

## TOPOGRAPHIA HIBERNICA.

- [VI.]—De ventositate et pluviositate; earumque causis.  
De coro hic regnante, et arbores inclinante.
- [VII.]—De novem fluminibus principalibus; et aliis pluribus nuper emersis.
- <sup>2 b.</sup> [VIII.]—De lacubus, et eorum insulis.
- [IX.]—De marinis, et fluvialibus, et lacuum piscibus; eorumque defectibus.
- [X.]—De piscibus novis et alibi non inventis.
- [XI.]—De avibus, earumque defectibus; [et tam naturis, quam allegoriis].<sup>1</sup>
- [XII.]—De accipitre, falcone, et niso; eorumque natura.
- [XIII.]—De aquila, ejusque natura.
- [XIV.]—De grue, ejusque natura.
- [XV.]—De bernacis, ex abiete nascentibus; earumque natura.
- [XVI.]—De avibus biformibus, earumque naturis.
- [XVII.]<sup>2</sup>—De avibus quasi adulterinis, et non veris.
- [XVIII.]—De martinetis, earumque naturis.
- [XIX.]—De cygnis, et ciconiis; earumque naturis.
- [XX.]<sup>2</sup>—De avibus hiemali tempore non comparantibus.
- [XXI.]<sup>3</sup>—De cicadis, quæ decapitatae dulcissimis canunt; diuque mortuæ, per se reviviscunt.
- [XXII.]—De cornicibus hic variis; earumque naturis.
- [XXIII.]<sup>4</sup>—De croeriis hic albis; earumque naturis.
- [XXIV.]—De feris; earumque naturis, et defectibus.  
De cervis,<sup>5</sup> apris, et leporibus hic minutis.  
Quod omnia animalia, præter homines, hic quam alibi minora.
- [XXV.]—De taxo, ejusque natura.
- [XXVI.]—De castore, ejusque natura.

<sup>1</sup> *et tam nat. quam alleg.*] Not in M. C. Bb. R. B. F.; in Ba, Cl. Rb.

<sup>2</sup> The “Capitula” XVII. and XX. not in M., though the chapters themselves in M. *infra*.

<sup>3</sup> XXI. not in M.

<sup>4</sup> XXIII. not in M. W. Bb.; in margin of C.; in text of R., &c.

<sup>5</sup> The two clauses, “De cervis, &c. . . . minora,” not in M.